



**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

Sectio. j. Dubitationis Resolutio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

5 Superior, si durat egressus Monialis, & causam ipsius non approbet, potest illum emendare, secus est si Monialis iam rediit ad Monasterium.

1 R Espondetur affirmatiue, quia necessitas legem non habet, & per epicheiam ceteri potest, tale casum non comprehendit in decretis Concilij, & Pontificum, quia in tali casu non presumitur Superior velle Monialem ad clausuram obligare: atque ita docent Dominic. in cit. cap. periculofo, in fin. Franc. ibid. num. 4. Sylu. verb. Religio 7. quest. 16. dist. 1. Collector priuilegior. Mendicant. verb. Clausura Monialium, casu 1. Llamas in appendice, §. 10. Rodriguez quest. 49. art. 2. Layman loco supra cit. Bonacina de clausura, quest. 1. punct. 8. Lezana tom. 1. cap. 25. num. 21. Zecchius de Republ. Ecclesiast. tit. de Regular. cap. 3. num. 15. qui recte subdit, quod teneatur postea hæc Monialis id Superiori significare. Quod intellige, si possit, & daret egressus, quia cum adhuc ille daret, potest Superior illum emendare, si causam, cuius cognitio pertinet ad ipsum, non approbat. At non teneatur, si iam egressus cessauit, ut quia iam Monialis rediit ad Monasterium, quia tunc Superioris facultate, & approbatione amplius non indiget, sicuti quid simile dicitur de Religioso, qui cum rati habitatione Superioris iam aliquid cognouit. Vide Bonacinam loco supra cit.

DUBITATIO XXII.

An, & quæ poenæ Moniali clausuram violanti, & ei fauentibus infigantur.

SUMMARIUM.

- 1 Moniali clausuram violanti, & ei fauentibus duplex poena infligitur. Prior excommunicatio Pontifici referuata, posterior priuatio dignitatum, & officiorum.
- 2 Sententia Rodriguez reuocatur, & cur.

1 R Espondetur, de hac re sic statuit Pius V. in dicto Motu suo, qui incipit, Decori, & honestati. Aliiter autem, quam (ut prescribitur) egredientes, seu licentiam exendi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, sine licentia, aut fauore, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis maioris lata sententia vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione sub acere, a quo præterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolui nequeant: & in super tam egressas, quam presidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas, & per eos tunc obtentis, priuamus, & illas, & illos ad obientia, & ab alia in posterum obtinenda inhabiles decernimus.

2 Itaque ex dictis duplex poena infligitur. Prior excommunicatio Pontifici referuata, quæ generalis est contra Moniales aliter ac in Motu Pij V. conceditur, egressas, & contra licentiam egrediendi aliter ac in dicto Motu conceditur, concedentes, comitantes, ac receptantes. Posterior, priuatio dignitatum, administrationum, officiorum tunc obtentorum, & inhabilitas ad illas, & ad alia in posterum obtinenda, & hæc non est ita generalis, sicut excommunicatio, (quia solum afficit Moniales egressas, & presidentes, & alios Superiores licentiam egrediendi concedentes)

& non est Pontifici referuata, sicuti patet ex contextu, & tradunt Doctores apud Lezanam verb. Clausura, num. 21.

Ceterum, quod docet Rodriguez tom. 1. quest. 49. art. 5. (Moniales sic egressas contrahere excommunicationem aliam latam in Tridentino session. 25. cap. 5. de Regularib.) mihi non probatur, quia Tridentinum nec ibi, nec alibi excommunicationem infert contra Moniales egredientes, sed solum contra Monialium clausuram sine legitima causa egredientes.

DUBITATIO XXIII.

An dictæ poenæ eo ipso ante omnem Iudicis sententiam, etiam criminis declarationem, in foro conscientie contrahantur?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SUMMARIUM.

- 1 Exceptis censuris, & irregularitate, poenæ aliæ latae contra violantes clausuram, & quoscumque alios, non contrahuntur ante sententiam criminis declarationem.
- 2 Poenæ, præscriptæ quæ non potest absque aliqua hominis actione executioni mandari (etiam si feratur ipso iure, vel ipso facto, & nulla expectata Iudicis sententia), non obligat in foro conscientie ante condemnationem.
- 3 Nemo subit poenam, nisi per sententiam criminis reus condemnatur.
- 4 Verba (ipso iure, ipso facto) intelligenda sunt de declaratione poenæ, non autem criminis.
- 5 Lex debet esse iusta, & hominum moribus, & fragilitati accommodari.
- 6 Leges poenales quatenus præceptum continent, diriguntur ad subditos; quatenus poenam infligunt, referuntur ad Iudices, ut eas in transgressores exequantur.
- 7 Poenæ latae in motu Gregorij XIII. de datis, & promissis pro iustitia, vel grati contra transgressores sui motus non contrahuntur ante Iudicis sententiam, saltem criminis.
- 8 Poenæ latae in motu proprio Clementis VIII. de largitione munerum Religiosis interdicta, non contrahuntur in foro conscientie ante criminis sententiam.
- 9 Idem dic de Clericis non deferentibus habitum clericalem.
- 10 Idem dic de Clericis sodomiam exercentibus, contra Nauadrum.
- 11 Lex imponens taxam alicui rei venali, & imponens contravenientibus poenas, non obligat ante criminis sententiam, licet ante omnem sententiam teneantur restituere excessum pretij.
- 12 Beneficiatus potest retinere beneficium, donec declaratur delictum, propter quod beneficio priuatus est, nisi forte in lege dicatur, poenam in foro conscientie statim soluendam esse.
- 13 Rector Ecclesie sine solennitatibus requisitis alienans rem Ecclesie non tenetur abdicare beneficia ante criminis latam sententiam.
- 14 Idem dic de Prælati, qui Monasteria Monialium contrahunt.

- contra motum Gregorij XIII. ingrediuntur, & de Religiosis mulieres intra septa monasterij admittuntur.
- 15 Superior Religionis incidens in casum ipso facto priuationis superioritatis, etiam si publice constet, in dictam penam non incurrit absque iudicis declaratione.
- 16 Hæretici, & alij quorum bona ipso iure confiscantur, non tenentur ad penam ante criminis sententiam.
- 17 Bona hæretici, & aliorum à die commissi criminis obstringuntur reali obligatione, ita ut ad quemcunque transferint, à fisco vindicari possint una cum fructibus extantibus.
- 18 In delictis hæresis, & similibus sententia fertur etiam contra defunctum, & pœna iuris fictione retrotrahitur ad diem commissi delicti, sique executio confiscationis perinde ac si tunc sententia lata fuisset.
- 19 Fiscus bona fidei possessori, verbi gratia emptori, cui res alienata fuit post delictum commissum, si defunctus, cum fisco succedit, diuor factus sit, tenetur pretium restituere.
- 20 Recipiens donationem à criminoso adhuc non tenetur bona fisco reddere; nisi à iudice repetatur, licet sciuerit penam confiscationis à donatore incursum esse.
- 21 Recensentur pœna, qua in foro conscientie non obligant ante iudicis sententiam criminis declarationem.
- 22 Clausula, absque vlllo superioris decreto, vel ministerio, vel sententia, absque vlla declaratione, absque vlla sententia, ante vllam sententiam, quid importent.
- 23 Reus non tenetur exequi in se penam sui delicti, non solum in pœnis priuationis, sed in alijs, in quibus actio talis exigitur.
- R**espondetur negativè (si loquamur de pœnis, exceptis censuris, & irregularitate, de quibus dicam sectione sequenti ad primum) quia lex pœnalis, præsertim quæ non potest absque aliqua hominis actione executioni mandari (etiam si feratur ipso iure, vel ipso facto, & etiam nulla expectata iudicis sententia, ut est in casu nostro) adhuc tamen ante sententiam, seu condemnationem, saltem criminis, in foro conscientie non obligat; ex eo quia vltimo & consuetudine (quæ optima legum existit interpret) receptum est, quod nemo subeat penam, nisi per iudicis sententiam, saltem criminis, reus condemnatur, ita ut si in lege subdantur verba ipso iure, vel ipso facto, nulla expectata iudicis sententia, seu declaratione, intelligenda sint illa de sententia, seu declaratione pœnæ, non item criminis, & meritò, quia alioquin lex humana esset nimis dura; cum tamen ut lex sit iusta, debeat esse (sicuti communiter Theologi, & Canonistæ in cap. erit, cap. in istis, dist. 4. docent) hominum moribus, & fragilitati accommodata: nam valde alienum à moribus, & natura hominum est, quod idem cogatur esse reus, iudex & iustitiæ executor, & sæpe sui criminis occulti proditor, & accusator: quapropter dicendum, quod leges pœnales, quatenus præceptum continent, diriguntur ad subditos, ut eas obseruent; quatenus verò pœnam infligunt, præcipuè referuntur ad iudices, ut eam in transgressores exequantur, & secundariò ad subditos, ut iustæ executioni obtemperent, si pœnam soluere à iudice iubeantur. Sic contra Abbatem in cap. dilecti, de arbitris, Castrum lib. 2. de lege pœnali, cap. 8. & 9. Sayrum in Clauis Regia, lib. 3. cap. 10. Merollam tom. 1. disp. 1. cap. 2. diff. 10. n. 253.
- 7 Bonacinam de clausura, quest. 1. punct. 4. num. 7. & 9. 5. punct. 3. num. 2. Grassi 1. part. decis. lib. 4. cap. 23. n. 11.

& quosdam alios tenent Caiet. 2. 2. quest. 61. art. 3. & in summ. verb. Pœna, Sor. de iust. lib. 2. quest. 61. art. 3. Silu. verb. Pœna, quest. 25. Nauar. cap. 23. num. 66. & lib. 3. consil. 8. de donat. edit. 2. & in exposit. Bullæ de datis & promissis, num. 44. Corduba lib. 1. q. 36. Azor. tom. 8. lib. 5. cap. 7. quest. 1. Mol. de iust. & iur. tom. 1. tract. 1. disp. 96. num. 14. (vbi dicit esse sententiam communiter inter Theologos, & Iurisperitos.) Couar. in 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 12. Vasq. in 1. 2. tom. 2. disp. 168. num. 15. Salas de legib. disp. 15. sect. 2. num. 38. Lorca in 1. 2. disp. 24. de legib. Becan. in part. 2. tract. 3. cap. 2. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 30. & lib. 2. mor. cap. 22. num. 7. Diana part. 3. tract. 2. resol. 66. Soula in Exposit. Motus Clementis VIII. de largit. muner. num. 102. Molfesius in summa, tom. 1. tract. 9. cap. 9. n. 35. Suar. de legib. lib. 5. cap. 5. & 6. Villalob. in summ. tract. 2. diff. 26. num. 2. Ioan. de la Cruz part. 1. dub. 3. de legib. & alij passim.

Hinc sequitur, quod (licet Gregorius VIII. in Motu suo de datis, & promissis pro iustitia, vel gratia statuat contra dicti sui Motus transgressores, ibi: Eos omnes omni beneficio ipso iure priuamus, ac priuatos esse declaramus, ac inhabiles ad illa, & ad alia esse volumus.) Hæ pœnæ tamen ante iudicis sententiam, saltem criminis, non contrahantur. Nauarr. in dicti Motu Gregor. XIII. Exposit. num. 41. Soula, & Mol. in locis supra cit. quod maximè procedit in priuatione officij administrationis, & dignitatis tunc obtentorum; cum ea sit pœna ad sui executionem aliqua hominis actione egens.

Sequitur secundo, quod (licet Clemens VIII. in Motu proprio de largit. muner. Religiosis interdita, rigidioribus verbis utatur, ibi: Omnibus, & singulis per eum obientis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officiis eo ipso priuamus, ac ad illa, & alia in futurum obtinenda inhabilis in perpetuum, & incapax existat, & hoc absque vlllo Superioris decreto, aut ministerio) hæ pœnæ tamen similiter in foro conscientie ante criminis sententiam non incurrantur. Nauarr. cit. n. 44. & alij Doctores, quos citat, & sequitur Soula in dicti Motus Clementis VIII. explicat. cit. num. 102. & Molfesius supra.

Sequitur tertio, quod idem dicendum sit de pœnis oppositis in Bulla Sixti V. contra Clericos non deferentes habitum clericalem: Doctores, quos citat, & sequitur Molfesius loco supra cit.

Sequitur quarto, quod idem etiam dicendum sit de pœnis apposis in Bulla Pij V. contra Clericos sodomiam exercentes. Sayrus de censur. lib. 7. cap. 12. n. 24. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 18. Auil. de cens. part. 7. disp. 4. dub. 7. concl. 7. Henriq. lib. 14. cap. 5. n. 1. in gloss. lit. F. Azor. part. 3. lib. 3. cap. 19. q. 5. Suar. de censur. disp. 31. sect. 4. num. 22. Filliuc. tom. 1. tractatu 17. num. 127. Homobon. part. 2. tract. 11. cap. 12. quest. 26. Florian. de casibus reseru. part. 2. cap. 7. §. 1. n. 8. Bonacina de matrim. quest. 4. punct. 11. num. 2. Zanard. part. 2. præcept. 6. cap. 9. & Finel. de casib. reseru. cap. 9. num. 6. Quidquid in contrarium sentire videatur Nauarr. cap. 27. num. 250.

Sequitur quinto, quod lex imponens taxam alicui rei venali, & imponens contrauentibus pœnas, non obliget hos ad pœnas, saltem ante criminis sententiam; etsi ante omnem prorsus iudicis sententiam teneantur restituere excessum pretij. Doctores, quos refert, & sequitur Villalob. loco supra cit. n. 3.

Sequitur sexto, quod beneficiatus possit (donec est) beneficium retinere, nisi forte in lege dicatur, pœnam in foro conscientie statim subeundam esse. Surd. decis. 247. & Azor. part. 1. lib. 5. cap. 7. quest. 6. Qua de re vide tamen quæ nos infra dicemus sect. sequentibus.

Sequitur

13. Sequitur septimò, quod Rector Ecclesiæ sine solennitatibus requisitis alienans rem Ecclesiæ, abdicare beneficia ex vi Bullæ Pauli I. *Ambrosio*, non teneatur, saltem ante criminis laram sententiam. *Sancti. lib. 2. Mor. cap. 22. n. 20. Nauar. tit. 2. n. 110. Henric. lib. 13. c. 56. n. 41. Graff. in decis. part. 1. lib. 2. c. 11. n. 41. & Diana cit. resol. 66.*
14. Sequitur octauò, quod idem dicendum sit de Prælati, qui contra Motum Gregor. XIII. *dubia quæ emergunt*, Monasteria Monialium ingrediuntur; & de Religiosis, qui contra Motum Pij V. mulieres intra septa Monasterij admittunt. Doctores, quos refert, & sequitur Rodrig. in explicat. d. l. *Motus Pij V. n. 32. & Suarez de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 7. n. 10. & nos dicemus dub. 68. c. 79.*
15. Sequitur nonò, quod superior Religionis incidens in casum ipso facto priuationis superioritatis, non incurrat (etiam si publicè constet de crimine) in dictam pœnam, donec per Iudicem in eam incurrisse declaratur: quapropter interim non poterunt subditi eum è gubernatione expellere. Doctores, quos citat, & sequitur Ioan. Valer. in differ. *utrisque fori, verb. pœna, differ. 20. n. 42.*
16. Sequitur decimò, quod hæretici, & alij, quorum bona ipso iure confiscantur, non teneantur, saltem ante criminis sententiam, illa fisco restituere. Doctores communiter, quos citat, & sequitur Sanchez loco cit. cap. 20. num. 7. & Sanctarellus de hæresi, cap. 11. dub. 1. num. 6.
- Quapropter pœna confiscationis bonorum, quæ ipso iure incurritur ob crimen hæresis, iuxta cap. cum secundum leges de hæresi in 6. ob crimen læsæ Maiestatis, iuxta l. 5. c. ult. Cod. ad legem Iulianam Maiestatis, & ob similia crimina, non eo sensu intelligi debet, quasi reus à lege condemnatus, bonorum suorum dominio; vel possessione ante criminis sententiam priuatus sit, vt ea retinere, vel valide alienare non possit, sed fisco deferre debeat sui ipsius accusator, Iudex, aut vindex; at debet intelligi in sensu, quo à die commissi criminis ante omnem Iudicis sententiam, bona ipsius rei reali obligatione, veluti vinculo, astringantur fisco, vt ad quemcumque possessorem, quocumque titulo, contractus, hereditatis, vel legati perueniant, tali oneri obstricta maneant, vt post Iudicis sententiam condemnatoriam, vel declaratoriam criminis, rescisso contractu, testamento, vel legato, vindicari, ac fisco applicari possint, vnà cum fructibus extantibus, vel quatenus possessor inde ditior factus fuerit; sic præter Sanchez, & Sanctarellum supra citatos docent ex communiore sententia Caietan. 2. 2. q. 61. art. 3. Sor. de insti. lib. 2. quest. 6. art. 6. Couar. in 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 8. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quest. 1. Corduba lib. 1. q. 9. quest. 36. Less. de insti. & iure, lib. 2. cap. 29. num. 63. Victor. relect. de Indis, num. 8. Med. Cod. de elemosynis, quest. 4. in princip. Silu. verb. hæresis, 1. quest. 6. c. 8. Nauar. cap. 28. num. 66. Simanca tit. 9. num. 17. Gomez 3. resol. cap. ult. Valq. disp. 170. cap. 3. Bañez 2. 2. q. 12. art. 1. Suar. lib. 5. de legib. cap. 5. num. 9. & Mol. de insti. tract. 2. disp. 95. contra Abbatem cap. 1. de consti. c. cit. cap. dilecti de arbitris, Castrum cit. lib. 2. de lege pœnali, cap. 10. c. 11. & 18. Graff. 1. part. decis. lib. 4. cap. 23. Quare licet in his grauissimis delictis sententia feratur, etiam in defunctum, iuxta l. ult. Cod. ad leg. Iulianam Maiestatis, & cap. 2. de præscript. in 6. iunct. Gloss. verb. hæretici, Abb. in cap. ult. de hæreticis, in fin. & Couar. cit. §. 8. num. 7. tamen iuris fictione retrahitur ad diem commissi delicti, siquæ executio confiscationis, perinde ac si tunc sententia lata fuisset.

19. Aduerte tamen hic, quod fisco bonæ fidei possessori, verb. gratia emptori, in quem post delictum commissum à defuncto res alienata fuerit (si extet, Thom. Delbene, de Immunit. Eccles. Pars II.

vel quatenus inde defunctus, cui fisco succedit, ditior factus fuerit (pretium restituere teneatur, Gomez 3. resol. cap. 2. n. 2. Valq. disp. 172. cap. 2. n. 2. Sancti. lib. 2. Mor. cap. 22. num. 68. Simanca de Cathol. Insti. cit. tit. 9. num. 29. & seqq. & videri etiam poterit Nauar. lib. 3. consil. 8. num. 3. de donat. & Valq. disp. 171. cap. 3. vbi subdunt, quod tamen si aliquis sciens, pœnam bonorum confiscationis ipso iure propter commissum crimen incursum esse, donationem à criminoso recipiat, adhuc non teneatur bona fisco reddere, nisi à Iudice repetantur.

Breuitè itaque dico, quod pœna, quæ in dictis, vel in aliis Summorum Pontificum, vel S. Congregationis constitutionibus imponuntur, verb. gratia priuationis vocis actiua, & passiva, priuationis officiorum, dignitatum, administrationum bonorum, &c. item inhabilitatis ad prædicta, vel alia quævis obtinenda ipso facto, vel ipso iure, vel eo ipso incurrenda, non obligant in conscientia ante Iudicis sententiam, ad minus declaratoriam transgressionis talis legis; quia sicut dicebam, sic in praxi receptum est, etiam apud doctos, & timoratos viros, vt scilicet non se credant obligatos esse tales pœnas subire, nisi post dictam Iudicis sententiam, ad minus declaratoriam criminis; quia sic est conforme naturæ legis humanæ, quæ debet esse facilis, & accommodata fragilitati humanæ, cum tamen contrarium (scilicet quod dictæ pœnæ contrahantur ante dictam Iudicis sententiam) sit valde durum, & rigidum, & fragilitati humanæ dissonum, & disforme.

Quando tamen dictæ pœnæ imponuntur, non solum sub illis terminis, ipso facto, ipso iure, vel eo ipso incurrenda, sed etiam cum addito, absque vlla declaratione, ante omnem declarationem, absque vilo superioris decreto, vel ministerio, vel sententia, &c. tunc licet probabile sit, quod statim incurrantur, & obligent etiam in conscientia ante quamecunque declarationem, vel sententiam, quia nihil aliud videntur intendere Pontifices, & legumlatores, dum his terminis vtuntur, nisi quod nulla expectetur declaratio, vel sententia ad illas (sicut ad censuras, & irregularitates) in vtroque foro incurrendas, alias superflue adderent ly absque vlla declaratione, absque vlla sententia, ante vllam sententiam, &c. Suar. lib. 5. de legib. cap. 8. Valq. loco cit. & alij; nihilominus ob rationes dictas probabile etiam est oppositum, & sic quod per ly absque declaratione, absque sententia, vel ante declarationem, vel sententiam, &c. solum denotetur non requiri (ad hoc vt dictæ pœnæ incurrantur, etiam in foro conscientie) sententiam, vel declarationem talis pœnæ; sed ante istam incurri, non tamen denotetur, non requiri declarationem, vel sententiam criminis commissi, hoc enim semper requiritur, vt dicebam, quia sic temperatur rigor istarum legum, vt scilicet non teneatur reus exequi in se pœnam sui delicti: quod maximè verum est in pœnis, non quidem puræ priuationis (in quibus exequendis non exigitur aliqua actio hominis, vt sunt inhabilitas, &c.) sed in aliis, in quibus actio talis exigitur. Vide Bonacinam de clausura quest. 1. punct. 4. n. 7. & de leg. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 2. n. 9. & de contractib. disp. 3. quest. 8. punct. ult. Soufam in exposit. Motus Clementis VIII. de largie. muner. cit. n. 102. Dianam part. 3. tract. 2. res. 66. & Peyrinum tom. 1. priuileg. Minim. in consil. 6. Iulij II. n. 19.